iuxta decretum nostrum sine ulla procrastinatione determinent, atq sententiam moderationis ad summum in quatuor septimanis à die tradititionis (praesentium) literarum nostrarum proferant, neque eam diutius extrahi patiantur. Pro gratia nostra et sub poena decem millium aureorum Ungaricalium Fisco nostro irremissibiliter succumbendi.

Donatio stationum

Sigismundus 3o Scarbek &c.

Quod cum venerab. Paulus Scarbek Canonicus Varsav. Secretarius noster, iam inde ab annis uno et viginti summa cum vigilantia et dexteritate fidem et industriam suam nobis Serenissimo q. animi nro ita probasset ut dignum omnino eum iudicemus, cui gratiam quoq nram occasione sese offerente testatam faceremus: Defuncto q non ita pridem Generoso olim Petro Cieklinski Pincerna Terrae Cracovien. Secretario nro certas pensiones seu ut vocant Stationes a Judaeis in certis civitatibus et oppidis Russiae, Podoliae, et Palatinatus Belzen. occurrerent, eas omnes et singulas memorato Paulo Scarbek non tam in satisfactionem egregiorum ipsius in nos meritorum, quam in qualemcunque consolationem, animiq nostri propensi significationem conferendas esse existimavimus; quemadmodum iam eas ei conferimus ad extrema vitae ipsius tempora, praesertim vero in civitatibus et oppidis infrascriptis vesti Zinkovien. Trebovlien. Labacovien. Skalen. Premislien. Zydacovien. Buscen. Saranien. Halicien. Lubomlien. Tyszinecen. Hrodlen. Racuen. Belzen. Chelmen. Novislavien. Hrubiesovien. Janovovien. Lubacovien. et Sambonen. et alijs quibuscunq in quarum vero ex nostris et antecessor nostrorum donationibus primum Generosus olim Nicolaus Lachinsky Thesauri nostri Notarius, deinde nob. olim Stanisl. Pachlowiecsky, at postremo superius memoratus Petrus Cieklinsky fuerunt. quas omnes ita uti nobis à locor. illor. Judaeis debentur, et sicut eas ijdem Judaei solvere consueverant memoratus Paulus Scarbek quotannis temporibus consuetis integrè quoad vixerit percipiet, easq in usus suos convertet. Quod omnibus et singulis oppidorum superius commemrator. et aliorum ad quae donatio nostra pres sese extendit Judaeis

306

ceterisque quorum interest notum esse volumus. Mandantes eis:
dem, ut stationes seu pensiones eiusmodi sine ulla tergiversa:
tione et renitentia memorato Paulo Siserbicz numerent et extra:
dant. Quod nos non aliter acceptari sumus quam si in Thesauri
nostrum illata forent. In quorum omnium fidem et testimoni:
um praesentes literas manu nostra subscripsimus, Sigilloque Regni
nostri muniri iussimus.

Libertatio ciuibus Camenecen.

Sigismundus [illegible]

Quod cum tempore superiori Ciuitate nostra Camenecensi
Podoliae ex permissione diuina tota fere per ignis incle:
mentiam exusta, Praetorium quoque Armenorum Camenecen. an:
tiquitus Priuilegiatum funditus conflagrasset, illudque iidem
Armeni Camenecen. denuo non exiguis sumptibus ad ornamentum
ciuitatis extruere intenderent, suppliciterque a nobis peterent, ut
hoc idem Praetorium sic ut praemissum est, denuo erigi in an:
tiquis praerogatiuis conseruaremus, illudque ab omni hospitum
et aliorum Judiciorum molestatione liberaremus; Nos qui iux:
tam subditorum nostrorum, et Priuilegiorum per antecessores
nostros concessorum rationem habere consueuimus, faciendum nobis
esse duximus, ut supplicationi eorundem Armenorum Came:
necen. annueremus. Quapropter inhaerendo Priuilegijs praefatis
Serenissimorum antecessorum nostrorum, Praetorium praefatum sic ut praemis:
sum est post conflagrationem per eosdem Armenos Camenecen.
renouandum et denuo erigendum, in quo antiquitus Judicia Ar:
menica celebrari consueuerant, ad eum solum usum celebran:
dorum vest Judiciorum designamus, illudque tanquam domum
Judicialem eiusque omnia iura et Priuilegia, quibus antiqui:
tus ante conflagrationem praefatam gaudebat, conseruamus,
ab omnique hospitum susceptione, et alijs omnibus Judicijs
praeter Armenica liberum atque immune facimus temporibus
perpetuis. Quod ad omnium quorum interest praesertim Mag-ci
Generosi Joannis Potocky Capitanei Camenecen. aliorumque